Plura referre animus refugit et certi sumus te his auditis pro perpetuo Austriacae domus et singularis pietatis tuae more, ut omnia illa irrita, nulla et contra mandata et voluntatem tuam facta, quemadmodum vere sunt, ita etiam orbi universo appareant, primo tempore praestiturum. Quod tamen, cum muneris nostri debitum et magnitudo rei, tum amor in te summus adigit, ut a te in visceribus Christi etiam atque etiam postulemus.

Quoniam autem de his rebus, Venerabilis Frater, archiepiscopus Tarsensis, nuntius noster, tecum iussu nostro coram aget, ei fidem habebit Maestas Tua, cui benedictionem apostolicam ex omni animo paterne largimur. Datum Romae apud Sanctum Mariam Maiorem, sub annulo piscatoris ⁵⁷⁾.

En lisant ce parchemin, Sa Majesté Catholique ne dut pas être très flattée, si du moins elle gardait un souvenir quelque peu fidèle des lettres royales qui avaient été consacrées à la liquidation du jansénisme avec toutes les nuances et restrictions qu'il y avait mises. En dépit de la formule assez gauche par laquelle Albizzi met à couvert les bonnes intentions du roi et de l'archiduc pour faire en-

⁵⁷⁾ L'original sur parchemin est conservé dans Inquisición, 4477/1; la minute dans les Archives du Vatican, Epistulae ad Principes, t. 57, fol. 117-119r.

dosser tous les crimes par des ministres aux mains polluées, il devait se sentir touché indirectement, non seulement parce que ces ministres, il les avait nommés et maintenus dans leur fonctions, mais parce qu'il leur avait fait confiance et presque laissé les mains libres dans cette affaire et qu'il leur avait même adressé les recommandations qui étaient à l'origine des édits incriminés. Lui demander de révoquer publiquement ces édits, promulgués en son nom ou en celui de son cousin, était imposer à Sa Majesté une humiliation plus grande que l'assesseur du Saint-Office voudrait jamais en accepter. Aussi, comme nous le verrons, aucune révocation, pas même tacite, n'aura lieu.

Le second bref, adressé : *Venerabili Leopoldo-Guilhelmo, episcopo Argentinensi, Belgii gubernatori*, était ainsi libellé :

« Inter consolationes quibus, ob misericordiam suam, benedictus Deus pontificatus nostri tempore, nos impertiri dignatus est, ea profecto fuit, cum Fraternitatis Vestrae zelum illum videmus, quo ut primum ad istarum Belgii provinciarum gubernium accessisti, constitutionis, a felicis recordationis Urbano VIII, praedecessore nostro contra quondam Cornelii Jansenii episcopi Ipriensis [sic] *Augustinum* editae, obedientiam adeo iniuste et pertinaciter in aliquibus provinciarum regimini tuo subiectarum locis oppugnatam, defendendam et promovendam aggressus es ; quorum sane oppugnationum et contumacium, quamvis fuerit ac sit numerus exiguus, non tamen aliquorum ex eis pauca est ad confovendam aliorum inobedientiam auctoritas ; et nihilominus tum Deo, tum hominibus notum est, quot diligentias, tam praedecessor noster praedictus, quam nos ipsi adhibuerimus, quo devii ad rectam semitam reducerentur seque huius Sanctae Sedis mandatis obsequentes filios ostenderent.

Gaudebamus audientes te, non solum de Jansenii doctrina sileri omnino velle, verum etiam ad officia et dignitates non nisi eos qui constitutionis obedientiam etiam iuramento professi essent admittere.

Porro autem iucunditatem nostram auctum iri credidimus cum a charissimo in Christo filio nostro Rege Catholico iniunctum tibi fuit, ut internunctio nostro Bruxellae residenti brachii saecularis praestares auxilium, quo fieret experimentum, an quorum animos spiritualium poenarum in bulla contentarum timor emollire non valuerat, temporalium saltem rigor obstinatam frangeret audaciam.

Neque de pietate tua opinio nostra nos fefelisset, si quidem ea per sese potuisset operari, sed cum potestas in ea tua illorum qui tibi assistebant consilio innixa et devincta fuisset, eorum aliqui, vere non consiliarii, sed conscientiae, nominis et gloriae tuae hostes, auctores tibi fuerunt, ut non solum a consueta huiusmodi auxilium praestandi more discederes, verum etiam edictum promulgares qua ecclesias-

tica iurisdictio, cui debuerat et rex iusserat auxilium praeberi, non uno vulnere impeteretur, et ubi coadiuvanda et sublevanda erat, enormiter abiceretur.

Ubinam vero inter catholicos auditum est unquam, quod principum saecularium edictis aut pragmaticis ecclesiasticae personae temporali iurisdictioni subiciantur, tum etiam pecuniariis, corporalibus et exilii poenis constringantur, quod tamen in edicto a te publicato fit ?

Non solum Concilia universalis et canones sacri, sed vel ipsa civilia iura huiusmodi tam sacrilega edicta et pragmaticas damnant, quas ferre audentes principes ecclesiasticis censuris, anathematibusque Concilia subiciunt. Profecto, sunt ecclesiastici gens sancta, populus electus, regale sacerdotium, pupilla oculorum Christi, quique tangi nequeant sine offensione iuris divini, quo ab omni principum temporalium iurisdictione subtrahi sunt.

Quod si consilarii tui timorem Dei, animae tuae salutem et nominis gloriam ante oculos habuissent, numquam tibi persuasissent, ut adeo graviter privilegium, a Deo servis suis concessum, violares, nec te in peiorem adhuc errorem impellere ausi fuissent litteris circularibus per te ordinariis et provinciarum istarum magistratibus scriptis, quibus pollutas manus in arcam Domini inicientes, terrenam potestatem ecclesiasticarum rerum et religionis indirecte arbitram constituere volunt ; quae sane auctoritas ab ipso Christo Domino soli Romano Pontifici, eius vicario, tributa est.

Quae tam gravia attentata, cum laetitiam nostram in amarum et tristem luctum vertissent, etsi nobis magnam graviter animadvertendi necessitatem imponere viderentur, tamen mansuetudine et paterna charitate nostra uti volentes, satis habuimus internuntio nostro mandare ut protestationem publicaret, qua nempe caveretur ne cunctus orbis existimare posset, eum tale auxilii genus, iurisdictioni ecclesiasticae tam praeiudiciale, omnium Christianitatis partium consuetudini tam dissonum, et declarationibus ab ipso antea expresse de eo non admittendo factis, tam repugnans acceptasse, et contentis in dictis circularibus litteris assensum praebuisse.

Praeterea illi iussimus, ut auctoritate nobis a Christo concessa evellendi ac tollendi plantas herbasque eius gregi noxias, quaque omnibus temporibus praedecessores nostri usi sunt, edictum a te promulgatum et litteras circulares a te scriptas tamquam libertati et immunitati ecclesiasticae, auctoritatisque nostrae ac Sedis apostolicae repugnantes et contrarias, irritas et nullas declararet.

Sed cum crederemus tam canonico, mito ac levi remedio te et consilarios tuos erroris simul commissi admoneri potuisse, iidem consilarii in adhuc magis sacrilegum excessum te praecipitem egerunt, nam tibi persuaserunt ut aliam epistolam circularem istarum provinciarum Maiestati Catholicae obedientium gubernatoribus scriberes, qua inaudito pariter exemplo Romani Pontificis potestas isthic pene convelleretur ; declarat enim constitutionum apostolica-

rum in materia dogmatum et fidei, qualis est illa praedecessoris nostri contra Jansenii *Augustinum*, publicationem consuetis Romae locis factam, existentium in istis provinciis hominum conscientias non ligare, nisi denuo in eis publicentur et potestatis temporalis placito muniantur, ad id etiam privilegiis, libertatibus et consuetudinibus allegatis, quod equidem audiri sine animi horrore non potest.

Etenim numquam plane cognitum est ab ullo vel Summo Pontifice vel Concilio privilegium tale, apostolicae auctoritatis destructivum, prodisse, neque aliquis hic audeat principis temporalis privilegium allegare, quoniam id esset auctoritatem ligandi et solvendi animas a Christo Domino soli eius Vicario et nemini praeterea concessam sibi temere arrogare.

Cum igitur potestas terrena res terrenas non excedat, quomodo spiritum ab iudicis spiritualis potestate subtrahere potest? Plane adversus pontificiam auctoritatem in rebus praesertim ad fidem et ecclesiasticam disciplinam pertinentibus nec libertates aut consuetudines induci, nec praescriptiones locum habere, ulla ratione possunt; et quanto istae libertates et consuetudines, aut potius abusus antiquiores habentur, tanto undique invalidiores ac detestabiliores sunt.

Mirum autem profecto est, tot apostolicis constitutionibus Romae dumtaxat, ut videre est in publico bullarum volumine, publicatis Orbem catholicum universum obedientiam semper praestitisse nec umquam a Consiliariis gubernorum Belgii oppositam esse exceptionem, quae nunc adversus istam contra Jansenii *Augustinum* promulgatam adfertur, privilegiorum, libertatum et consuetudinum, ut merito respondere possimus Sancti Gregorii verbis: Dominum dixisse, ego sum veritas, non consuetudo; et aliis Sancti Augustini: cum Christus veritas sit, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus, quia consuetudinem ratio et veritas semper excludit in se, praesertim qua a sola Summi Pontificis tamquam legislatoris voluntate dependet.

Sed nec his contenta fuit consiliariorum tuorum audacia; nam pervicerunt ut in iisdem circularibus litteris protestationem nostram etiam annulares et revelanti qui eam impresserat typographum praemia seu talleas proposueris. Haec equidem, Venerabilis Frater, nemo satis pro merito vel sanguineis lacrimis deflexerit. Ista enim archi-tophelis consilia in causa sunt ut novis prorsus Absolon in totius mundi conspectu videaris.

Sed ut benedictus Deus periculosa illa consilia confidit et severe punivit, ita coelitus iram in te nunc excitatam ardere, etiam forsitan punitionem a tergo instare plane nollemus. Sane si ad easdem actiones animum serio adverteris, intelliges carnem spiritui, filium patri, terrenam potestatem ecclesiasticae imperare velle; nec facile in historiis ac analibus ecclesiasticis talia exempla reperientur, nisi eorum principum qui de pietate sua parum bonam famam reliquerint vel etiam Ecclesiae rebelles exstiterint et ab ea eiecti iure fuerint.

Verum cuius culpa reus est nostrae protestationis impressor, ut cum eo tam acriter agi debeat, in ea provincia in qua sibi quisque licere putat quos voluerit libros etiam catholicae religionis dogmatibus contrarios typis tradere, ut vel in ista Janseniani *Augustini* prohibitionem spectatum est, nec aliquis, ut principem et magistratum catholicum decuit, animadvertit, crimini dabitur protestationem auctoritatis Vicarii Christi praeservativam impressisse ? Tanta haec rerum congeries, ut peccatum tam grave flevimus, effecit, et Deum precati sumus ut irae in te suae fulmen suspendat, qui tamen uti ecclesiasticus vir resistere magis deberes et tam gravibus rebus nec non viis, passionibus et fortasse compendiis ac finibus istorum conciliariorum oculos admove, nam pro certo habemus te ab eis deceptum esse, nec cogitasse quam grave sit auctoritatem, quam in nostra et Summorum pro tempore Pontificum persona Ecclesiae suae clementissimus Deus largitus est, violare actusque libertati et immunitati ecclesiasticae tam adversos peragere, neque satis attendisse quibus praeiudiciis conscientia tua ideo subiaceat.

Perpende igitur, Frater, postquam veritatem tibi manifestavimus, quem in locum te conieceris et quae tot malis remedia adhibere tenearis, ne anima tua detrimentum patiatur, nomen et gloriam obscurantur utque scandalum cesset, quod vel haeretici ipsi, regiones istas undique ambientes, passi fuerunt. Quod sane continget, si edictum et epistolas circulares tuas revocaveris et annulaveris, quae nullius valoris, uti sunt, ita etiam in Orbis conspectu apparere debent.

Speramus fore ut promptum obedientiae studium ostendas et nobis, qui te unice diligimus, credas, ne huiusmodi actionum in tempore iracundiae cum poenitentiae locus amplius non dabitur, districtam Deo rationem redditurus sis, neve qui te amant queri debeant te iis censuris innodatum remanere quibus constricti tenentur saeculares principes illi qui iurisdictionem in ecclesiasticos sibi arrogant et actus Summi Pontificis et Sanctae huius Sedis auctoritati contrarios efficere audent, tanto cum praeiudicio animae tuae, cuius plane salutem non minus quam nostram omni ex animo desideramus. Fraternitati Tuae benedictionem apostolicam peramanter imperitur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo piscatoris... » ⁵⁸⁾.

Quelle impression ce document long et lourd ne devait-il faire sur l'archiduc et ses collaborateurs antijansénistes et, plus encore, sur les ministres, traités comme des criminels ? Nous aurons plus loin l'occasion de mentionner leurs réactions violentes. Violentes, elles

⁵⁸⁾ Voir l'original (qui est un parchemin aux dimensions géantes) à Malines, Archevêché, De baianismo, n° 5; la minute, dans *Epistulae ad principes*, t. 57, fol. 111-116v.

le devinrent encore davantage, quand ils apprirent que Bichi avait fait traduire et imprimer le document pontifical et qu'il le distribuait secrètement « non en forme de monitoire réquérant le secret, mais plutôt en libelle diffamatoire » et « avec un scandale cuisant ».

Le 18 novembre, les brefs furent suivis de ce décret du Saint-Office :

« Sanctissimus D. N. Innocentius papa X feria 5, 11 Maii 1651, in Congregatione generali Sanctae Romanae et universalis inquisitionis habita in Palatio apostolico Montis Quirinalis suo particulari decreto prohibuit et damnavit libellum cui titulum...

Eodemque decreto mandavit et voluit quod nisi eorum auctores quamprimum sese expurgaverint, censuris ac poenis ecclesiasticis intelligant se omnino coercendos etc. prout latius in dicto decreto continetur. Cumque decretum praedictum Iacobo Archiepiscopo Mechliniensi sub die 16 mensis Iunii proxime praeteriti, Antonio vero episcopo Gandensi intra praedictum mensem Iunii fuerit legitime praesentatum ac intimatum, praedictique Iacobus archiepiscopus et Antonius episcopus ut supra usque ad praesentem diem nullatenus, ut par erat, sese expurgaverint, sed in dies eiusdem Sanctissimi D. N. mandatis rebelles et contumaces existant, Sua Sanctitas, ut huiusmodi contumacia, quae in scandalum Christi fidelium et Ecclesiae catholicae vergit, et debitis poenis mulctetur et coerceatur, re mature cum nonnullis S. R. Ecclesiae Cardinalibus, ad id specialiter deputatis, discussa, auditisque eorum votis, eodem Iacobo archiepiscopo Mechliniensi et Antonio episcopo Gandensi ac eorum cuilibet mandat ac praecipit ut infra sex menses proximos a die intimationis ac notificationis praesentium computandos, quorum duo pro primo, duo pro secundo et reliquos pro ultimo et peremptorio termino eis assignat, comparere debeant et quislibet ipsorum comparere debeat coram Sanctitate Sua et Sancta Sede apostolica personaliter, et non per procuratorem seu excusatorem vel aliam interpositam personam, ad sese purgandum de contentis in libellis et edictis praedictis respective. Alias, dicto termino elapso, ex nunc pro ex tunc eadem Sanctitas Sua praedictum Iacobum archiepiscopum Mechliniensem et Antonium episcopum Gandensem, ac eorum quemlibet ab ingressu Ecclesiae, exercitio pontificalium ac officio suspendit ac interdicat et pro suspensis ac interdictis haberi vult, nullo in praemissis privilegio suffragante.

Voluit insuper et decrevit Sanctitas Sua quod praesentes dictis Iacobo archiepiscopo et Antonio episcopo personaliter, si eorum praesentiae commode haberi potuerint, sin autem domi eorum solitae habitationis dimissa earundem praesentium copia, vel si ad eas tutus non patuerit accessus per affixionem ad valvas maioris ecclesiae civitatum Mechliniensis, Bruxellensis et Gandavensis respective intimentur ac notificentur et sic praesentatae et intimatae perinde arctent et afficiunt eosdem Iacobum archiepiscopum et Antonium

episcopum et eorum quemlibet ac si eis personaliter praesentatae et intimatae fuissent.

Datum Romae die 18 mensis Novembris 1651. De mandato Sanctissimi D. N. Papae, F. De Albitiis, secret »⁵⁹).

Ce document est, si je ne me trompe, le texte le plus malveillant qui soit sorti des mains d'Albizzi. Il cite personnellement deux vieillards, en soulignant qu'ils doivent se présenter personnellement et non par procureurs. C'est demander l'impossible. En outre depuis l'affaire de Triest avec les Brigittines de Termonde, l'assesseur n'ignore pas que, même jeunes et vigoureux, ces évêques ne pourraient, en vertu du privilège *de non evocando*, comparaître à Rome. Triest n'a-t-il dû se laisser condamner quatre fois par la Rote, faute de permission de venir à Rome ? Finalement il a même été frappé d'interdit. Albizzi le sait. Voulant sévir contre les évêques et imposer sa théorie du droit public de l'Eglise, il lance le décret... qui fera éclater la bombe.

Le même 18 novembre, Bichi reçut l'instruction suivante relative à la remise des documents pontificaux :

« Con quel santo zelo, con cui la Santità di Nostro Signore accompagna di continuo le sue azioni, ha Sua Beatitudine stimata di scrivere al Sigor Archiduca l'aggiunta breve che dovrà Vostra Signoria presentare a Sua Altezza accompagnandolo con l'efficacia che è necessaria a negotio di tanto rilievo, che ella ben capirà dalla misura dello stesso breve, che pur ancho gli invio.

Veramente dovrebbe il Signor Archiduca commuoversi ai paterni avvisi di Sua Beatitudine e mettere in sicuro la sua coscienza che ha posta in troppo rischio per gli editti e per le lettere che ha egli scritte e pubblicate. Non si ritroverà forse esempio di tale attentato contro l'autorità di questa Santa Sede nei tempi passati e massimamente nei principi cattolici quale è il Signor Archiduca ; onde per risarcire il danno che ne ha ricevuto l'anima sua appresso Dio, la sua gloria appresso il mondo e la sua reputatione appresso Sua Santità medesima, è necessitato a rivocare gli editti e gli ordini dati per lettera, o almeno a sospenderli et a ritirarli a fine che se ne perda la memoria, ne habbini gli heretici e nemici della corona di Spagna a valersi di essi in rimprovero delle attioni di Sua Altezza, e tanto più egli ciò deve fare, quanto che l'aiuto del braccio secolare fu chiesto da Vostra Signoria, et a sua sola istanza si dovrà dare e dare conforme al solito et com'ella il richiedeva e non altrimenti contro sua voglia e con modi cotanto lesivi dell'autorità apostolica.

Si promette Nostro Signore dalla pietà di Sua Altezza e cotesti

⁵⁹) CH. DU PLESSIS D'ARGENTRÉ, *Collectio iudiciorum*, III/2, 255-256.

et altri rimedi proportionati a sì grave male, sapendo la Santità Sua ch'ella non ha operato da se medesima, ma coi cattivi consigli di coloro ch'hanno voluto screditare la sua fama appresso il cristianesimo.

S'ella stimerà di passar sopra ciò parola col confessore del Signor Arciduca, ci rimettiamo alla sua prudenza, ma qui si desidera che non si lasci da Lei né mezzo, né strada per ottenere ciò che è dovere e si brama da Sua Santità.

A Mons. Nunzio in Spagna s'invia un altro breve con ordine che lo presenti a Sua Maestà e cerchi ritrarne i necessarij ricapiti per dar rimedio a cotesto grave accidente.

E perché né l'arcivescovo di Malines, né il vescovo di Gante si sono mostrati ubidienti al decreto di Nostro Signore in cui si dannano e vietano le loro lettere et editti, la Santità Sua, col parere dei Signori Cardinali deputati sopra le materie janseniane ha risoluto che s'invii a Vostra Signoria l'aggiunto precetto originale afine che ella lo facci intimare ai medemi, lasciandone loro copia autentica e si mandi qua la relatione della sudetta intimatione.

Per il Signor Claudio Berlaymont non solo invio il breve del protonotario, ma anche il privilegio di censore che sin dell'anno 2^o del pontificato fu spedito di moto proprio di Nostro Signore. Ma s'egli per avventura potesse incontrare qualche notabile pregiudizio per far l'intimatione, sarà cura di Vostra Signoria ritrovar persona forastiera che sia a proposito per farla. Avvertendola che se l'intimatione sudetta si vorrà fare *ad valvas* sarà necessario far prima il processo *de non tuto accessu* alle persone et alle case dei medemi arcivescovo e vescovo, come Vostra Signoria sa che si fece quando si dovettero intimare i precetti a Beatrice contessa di Cantecroy » ⁶⁰⁾.

Bichi fit remettre le terrible décret à Triest le 11 et à Boonen le 12 décembre, en l'accompagnant d'une lettre dont la brièveté est éloquente :

« Placuit Sanctissimo... mihi iniungere ut intimari curarem Vestrae R^{mae} Dominationi adiunctum decretum, ac considerans quod illa et ego teneamur mandatis Suae Sanctitatis omnimode obedire (quemadmodum spero Vestram R^{mam} Dominationem cum debita promptitudine facturam) credidi magis gratum fore si insinuaretur una cum hisce meis. Ac interim offero » ⁶¹⁾.

La consternation des deux évêques, qui croyaient qu'à la suite de leur lettre du 22 août leur affaire était classée ne put être plus

⁶⁰⁾ Archives du Vatican, Nunziatura di Napoli, 39A, 98v-99v.

⁶¹⁾ Mus. Bell., D 2, n° 9.

grande. On en trouvera plus loin l'expression dans leur seconde lettre au pape.

Dans l'entourage des évêques et des ministres l'animosité était également vive.

Le professeur janséniste de Louvain Libert Froidmont écrit le 21 décembre 1651 à Roose, exilé en Espagne :

« ... Le pape... a envoyé à Son Altesse Sérénissime lettres en forme de monitoire par lesquelles il lui commande de casser la publication faite en ces pays de la bulle contre Jansénius et lui ordonne de se tenir à la publication faite *in campo Florae*, sous commination d'excommunication et autres censures ecclésiastiques. En même temps l'internonce a fait insinuer aux seigneurs archevêque de Malines et évêque de Gand un ajournement de comparoir à Rome en personne dans les six mois après l'insinuation, à peine *ex nunc prout ex tunc* de suspension et interdiction de leurs fonctions. Vraiment la Cour de Rome aurait garde d'user de ces formes tant inusitées et inouïes en ces pays *si testiculi vena ulla paterni viveret in nobis* ⁶²⁾ mais elle connaît peut-être notre faiblesse et la pusillanimité de nos ministres... » ⁶³⁾.

Dans sa lettre du 30 décembre, également adressée à Roose, Pierre Stockmans est encore plus virulent :

« Archiepiscopus novo decreto curiae evocatus est in Urbem ad causam dicendam, et si se non steterit, exuendus dignitate et poenis ac censuris feriendus. Ipse archidux acriter etiam perstrictus singulari bulla, quod permiserit edictum regium nuper edi quo *Augustinum* vetaretur. Ait bullae publicationem factam in acie campi *Florae* debuisse sufficere ; item non posse decerni poenas ullas in ecclesiasticos a principibus saecularibus ; placiti consuetudinem esse abusum et sexcenta hoc genus tam infanda et monstrosa, ut plane congruant huic saeculo, quo nihil est infelicius aut ineptius. Vide quo rem deducant Jesuitarum effrenis natio, ubi vident obicem sibi non poni. Nos vero tacemus fatali quadam inertia et socordia, quae poenam meretur, ut ego quidem sentio... » ⁶⁴⁾.

A ces nouvelles de jansénistes on peut joindre celles de Dorothee Louffius, jésuite de Bruxelles, qui écrivait le 5 janvier 1652 à son confrère François De Cleyn à Louvain :

« Faustum R^{ae} V^{ae} precor anni 1652 initium ac pro strena mitto

⁶²⁾ Citation de Persius, Harangue, I, 103.

⁶³⁾ Bruxelles, Bibliothèque Royale, 12735, fol. 161-162.

⁶⁴⁾ BORGNET, art. cité, 433.

promissum ante et a vobis desideratum exemplar litterarum apostolicarum ad archiepiscopum Mechliniensem et ad episcopum Gandavensem. Exemplar earum quae ad Serenissimum missae fuerunt defert secum R. P. Nobelaer. Ill^{mus} Internuntius permisit ut utrarumque litterarum copiam R^{ae} V^{ae} facere possem. Monuit tamen ne per nostros res illa vulgaretur. Quod eo magis cavendum est, quod Serenissimus non desideret tam acres ad se litteras in aliorum notitiam venire. Interim earum copiam misit ad Concilium Privatum et Brabantinum, in quo posteriore lectae fuerunt 2 Ianuarii, omnibus ad id convocatis, etsi vacationes forent. Utrumque Concilium vehementer turbatum est et commotum. Orandus Deus ut maiora mala avertat a Belgio et a nostra Societate, cui invidiam conflare conatus est quidam magnus apud Serenissimum, quasi nos fuerimus auctores tam acrium ad ipsum litterarum. Sua Sanctitas cupit litterarum suarum copiam aliis fieri, ut in plurimum notitiam veniant. Non expedit tamen eas per nos vulgari, ne invidiae, quam adversarii nobis creare volunt, occasionem praebeamus » ⁶⁵).

Cependant, la situation devenait surtout pénible pour l'archiduc. Presque en même temps que le bref prolixe du pape, il reçut une longue lettre de Philippe IV. Resté sans nouvelles depuis le 15 mars (veille de la publication officielle), partialement informé par le nonce, sollicité par le député des jansénistes, le monarque désire être mis au courant des faits qui se sont passés et, en attendant, il répète son désir de voir la bulle mise à exécution et le secours du bras séculier fourni à l'internonce. Voici cette lettre écrite de Madrid le 14 novembre 1651 :

« He visto la carta de V. A. de los 15 de Marzo pasado en que respondiendo a la que yo le habia escrito en 14 de Julio del año antecedente sobre la ejecución de la bula apostólica prohibitoria del libro del obispo Cornelio Jansenio intitulado *Augustinus* y auxilio que para ello pidió el internuncio de Su Santidad residente en esos estados, dice V. A. que para proceder en negocio tan importante con madura deliberación había mandado que se viese en una junta en que intervinieron los prelados y ministros que V. A. refiere y que se le había hecho la consulta de que remite copia, y asimismo de el placarte y carta que se enviaron a los Consejos y prelados, apuntando V. A. que se había confirmado con todo, siendo de parecer que se acabaría de una vez con estas disputas, y que el intento de Su Santidad se conseguiría por el medio resuelto aun que su internuncio no se había aquietado, pero que su queja tenía poco fundamento.

Viéronse con esta ocasion diferentes papeles concernientes to-

⁶⁵) Bruxelles, Bibliothèque royale, ms. II, 1220, fol. 240.

dos a esta materia que fueron dos memoriales de el Nuncio de Su Santidad residente en esta corte ; otro de el Doctor Julian [!] Recht, copia de una protesta que hizo ese internuncio en 20 de Abril de un decreto de la congregación de Inquisición en Roma de 11 de Mayo y de dos edictos que V. A. se dice mandó publicar en 20 de Julio y 31 de Agosto en el primer memorial se queja el nuncio de que habiendo mandado que al internuncio que asiste en esos paises se le diese la asistencia del brazo seglar para la ejecucion y publicacion de dicha bula se había excedido con la promulgación del edicto y cartas que se escribieron a los prelados y tribunales de esos estados ponderando el nuncio el perjuicio que se había hecho en muchas de sus cláusulas a la inmunidad eclesiástica que todo era nulo por ser la materia no solamente eclesiástica sino dogmática, insistiendo ultimamente que lo mandase declarar por tal se de al internuncio la asistencia que pidiese y a el el despacho en razón de esto se hubiese de escribir a V. A. o su duplicado.

Con otro memorial puso en mis manos el nuncio la dicha copia del edicto que V. A. había hecho publicar en 20 de Julio contra la protesta que de orden de Su Santidad había hecho el internuncio en 20 de Abril antecedente de que tambien me presentó copia impresa instando mandase poner en ello remedio conveniente.

Tambien como queda referido llegó a mis manos el decreto de la congregación de Roma de 11 de Mayo que es sobre la prohibicion de los papeles del arzobispo de Malinas y obispo de Gante en razon de la publicación de la dicha bula y copia de el edicto que se dice mandó publicar V. S. en 31 de Agosto pasado para que el internuncio anulase la protesta arriba dicha y la publicación de el decreto de la congregación.

El memorial de el Doctor Juan Recht se reduce a suplicarme interponga mi autoridad con Su Santidad sobre que se conserve el decoro debido a la doctrina de S. Agustín y se examine el libro de el obispo Jansenio.

Y habiendo hecho sobre todo la reflexión que pide la calidad de la materia me ha parecido decir a V. A. que holgaré y es mi intento que haga dar V. A. al internuncio el favor y auxilio que pidiere por los medios y modos convenientes, prudentes y proporcionados según el estado de las cosas y en conformidad de las órdenes que V. A. ha visto y tengo dadas en razón de esto disponiendolo V. A. como se lo encargo y fio de su prudencia de manera que tenga efecto la ejecución de dicha bula y que los consejos y tribunales seglares gobiernen esta materia de modo que no se entrometan a conocer de la personas eclesiásticas por ser como es mi intención que ni directa- ni indirectamente se perjudique a la jurisdicción eclesiástica.

Al Doctor Juan Recht he mandado se le diga que he tomado en este negocio la resolución conveniente al servicio de Dios y quietud de todos, que es lo mismo que se le respondió aqui por Julio de el

año pasado, añadiendo ahora que a su tiempo se le darán las cartas que conviniere para Su Santidad.

Ha me parecido conveniente que se envíen a V. A. (como se hace) copias de la protesta de el internuncio de 20 de Abril, del decreto de la congregación de 11 de Mayo, y de los edictos que hizo V. A. publicar en 20 de Julio y 31 de Agosto, de que hasta ahora no me ha dado noticia V. A. para que teniendo la de todo lo que en esto se me ha presentado me informe cuanto antes (como se lo encargo) de lo que pasa e ha pasado en ello y de las razones y motivos que tuvo V. A. para la publicación de dichos edictos volviendo a encargar de nuevo a V. A. que continúe el dar auxilio al internuncio en la forma que queda dicha y que se tenga con él toda buena correspondencia como a ministro de Su Santidad.

En lo de la instancia que el nuncio hace para que se le entregue la carta que sobre esto espera se ha de escribir a V. A. o se le de el duplicado de ella, se ha considerado, que esto tendría no pequeño inconveniente así por lo que mira ala autoridad de V. A., que yo deseo tanto se mantenga, y generalmente a la de los que gobiernan pues, sin duda, se minoraría, si las partes tuviesen antecedentemente entendidos los despachos que ellos han de publicar y ejecutar, como por no ser estilo ni costumbre hacerlo así por el respecto referido y por lo que pueden variarse y mudar de semblante materias grandes desde la resolución a la ejecución y en este caso ha parecido más reparable por que habiendo dicho a V. A. que de al internuncio favor y auxilio con la restrictiva de que esto sea en los casos que fuere necesario por los medios y modos convenientes, prudentes y proporcionadas segun el estado de las cosas en conformidad de las órdenes que estan dadas, si lo entendiese aqui el nuncio y que la orden no va absoluta, lo cual no ha parecido conveniente por la complicación en que han puesto estas doctrinas a los naturales de esos paises, sería abrir a otra negociación, y disputa con nuevos embarazos demas del mal ejemplo de dejarla abierta a que se pidan copias de mis despachos y así he resuelto que se le diga al nuncio que he mandado escribir a V. A. haga ejecutar luego la bula apostólica prohibitoria del libro del obispo Cornelio Jansenio y que todas las veces que le pidiese el internuncio el auxilio real para ello a V. A. se le imparta y haga dar respuesta en que se comprende quanto puede pretender y se pueda con el resguardo conveniente para lo que toca al gobierno, que es cuanto se ofrece decir en esta materia a V. A. »⁶⁶⁾.

L. CEYSSENS.

(A suivre).

⁶⁶⁾ Bruxelles, Archives générales, Secrétairerie d'Etat et de Guerre, 251, fol. 256-258; analyse dans *Correspondance de la Cour d'Espagne*, IV, 296-297.